



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

Cap. XI. Tentationes inuidiæ, & ratio eas vincendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39637**

absque timore atque tremore: ne fortè Satanas ponat ibi honoris & vanæ gloriae idola; tēq; excæcer, vt ea adores. præcipitans te ex altiori loco vñque ad abyssum inferni. Memor esto, hunc aduersariū duxisse ipsum Christum Dominum ad ipsius pinnaculū templi, ac impulisse, ut mitteret se deorsum, vt inde populi honorem captaret, videntis tale prodigium facientem. Et inde duxit ad montem excelsum, & ostendens illi omnia regna mundi, & gloriam eorū, dixit: hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Quia proprium est Satanæ, procurare, vt homines ambitiosè loca superiora concendant: alii ad pinnaculum templi, dignitates scilicet Ecclesiæ; alii ad montem excelsum, in quo apparet, & placet gloria & pompa ipsius mundi: vt eam ibi adorent, & ex ea præcipitentur. & cum prætextu quærendæ gloriæ, incident in misericordiam ignominiam. Et, si tali tentationis genere ausus est Duxem nostrum aggredi: quid mirum, quod te aggrediat, de quo sperat, se facile obtinendum victoriam? Sed facilius illam de eo reportabis, si feceris, quod fecit ipse Saluator: qui nec voluit in pinnaculo manere; neque in monte; nec facere, quod hostis illi suggerebat: sed potius illum confudit, respondens illi: non esse Deum tentandum, & Deum solum adorandum, illi que soli seruendum. Hunc in modum, nec sunt acceptandæ excellentiæ ab hoste tuo oblatæ; nec faciendum quicquam; quod idem suaserit. Non debes te prosternere, aut genu flectere honoris idolo, cum iniuria veri Dei: quem solum debes adorare, solique seruire, ponendo sub tuis pedibus idola omnia, quæ mundus adorat.

k Mat. 4.5.

Christus de  
excellentiæ  
tentatus.

C A P V T XI.  
TENTATIONES INVIDIAE ET RATIO  
eas vincendi.

**V**M superbia & honoris ambitione multa vitia coniunguntur, tanquam milites seruientes illis in eorum pugnis, vt in proximo capite ostendit: sed omnium ferocissimi sunt duo duces illorum septem, INVIDIA scilicet & IRA. INVIDIA producit tentationes odij, rancoris ac tristitia, eò quod videat, alios eminenter in excellentiæ & honore: IRA producit furiosa vltionis desideria, in impudentes studiū & conatum excellentiæ obtainendæ. Vtrumq; hoc vitium coniunxit Apostolus cum eorū radice dicēs: a Non efficiatur manus gloria cupidi. muice provocantes, iniuste inuidentes: & in lib. Iob est scriptū: b Vere stultū in toscit iracundia, & parvulū occidit inuidia, ac propterea vtriusq; pugna delinquentæ sunt in tentatore illo, qui sedebat in equo pallido, cui nome mors, & quem infernus sequebatur. Nam incipiendo ab INVIDIA, méritò tentator eius

a Gal. 5. 26.

b Iob. 1. 2.

c Apoc. 6. 8.

Cc 2

appel-

Sap. 2.24.  
Inuidia  
crudelis pal-  
lida.

1. Ioan. 3.12

2. 2 q. 16.  
4.1.

Inuidia  
temporalis.

Spiritualis.

f. Iob 5.2.  
L. Iob. 5. Mor.  
cap. 31.

Inuidia  
mundi.

g Gen 37.11.

h 1. Reg. 18.  
8.

appellatur mors: siquidē Sapiens dixit: *dum inuidia dabo te mors inuidia vici*: *vici terrarum, & inferni* fores sunt resecatæ. Prima enim mors, quam post Adami peccatum Dæmon intulit, fuit per inuidiam: nam cūm c *inuidia incisa* *Cain*: *mox illum impulit, vt fratrem suum Abel occideret*. Sed prius tamē inuidum torquet vehementer, redditque illum *equum pallidum*, mactum, ac debilem, qui tamen nec propterea desinit esse fortis, animosus, & audax, viuptum sit Dæmoni instrumentum in eius pugnis, vt appareret in crudeli illa pugna, quam Pharisæi ex inuidia contra Christum Dominum excitarunt, quorum opera usus est Satan, tanquam ferocium equorum, ad omnes calumnias & persecutions, quas adinuenerunt: donec illum vita priuarunt. Eadem rabie per homines persecutur innocentes, struens mille tentationes, quibus eos deiciat, ac prosternat.

SE D, vt huius vitij, ciusque temptationum qualitates melius intelligantur: aduerendum est, quod inuidia (vrait S. Thomas) est inordinata quædam tristitia de prosperitate aliena, quatenus propriam imminuit. Et quoniam hæc prosperitas est duplex, alia temporalis & mundana, alia spiritualis & religiosa: ita etiam duplex est inuidia. Prima est prosperitatum *temporalium* proximorum nostrorum: cūm dolemus, quod illi excellant in diuitijs, dignitatibus, officijs, & familiaritatibus Principij; alijsque similibus rebus, quas mundus hic amat, & magnificat. Et hæc inuidia est filia superbiae mundanæ: quæ quoniam eisdem excellentias pro se cupit, tristatur, quod eas videat in alijs cum suo detimento. Secunda inuidia est prosperitatum *spiritualium* in virtutibus, & scientijs quæ, et si nobis non imminuantur propterea, quod alij illas habeant: diminuit tamen honorem & gloriam singularem, quam nos cupimus, ac propterea tristatur; quod videamus alios in illis excellere. Et hæc inuidia oritur ex spirituali superbia, quæ cupit sibi virtutes & scientias propter gloriam, ex eis nascentem. Et de utraque inuidia intelligit S. Gregorus quod dicitur in Iob f *Paruulum occidat inuidia*. Paruulus, inquit, est inuidus altera ex duabus causis: Avt quod amet bona temporalia, quæ lunt ex se vilia, & abiecta, (est enim paruicordis, fierieorum mandipium: & tristari, quod alii eadem habeant in maiori abundantia) Et hoc pertinet ad primam inuidiam, quæ valde cruciat aulicos, & eos qui talia in mundo alsequi conantur: vt neque amicis, neque sociis, nec fratribus quidem parcant. Quemadmodum apparuit in g *filii Iacob inuidentibus* fratri sui Joseph prosperitati: quæ quartus tunc alia non esset, nisi quam in somniis acceperat: somnus raimen, qui eam predicebat, inuidiae fuit esca & fomentum. Imò neque ipsi Reges ferre possunt, subditos sibi in re aliqua præferri: sicut h *Sam*

à malo

malo hoc spiritu raptatus, cum laudes audiret Davidis, & felices eius in his rebus essent, tristes est nimis. ALIO etiam modo parvus est inuidus in rebus spiritualibus etiam si illæ magni fiant. Si enim non se parvum & inferiorum in eis iudicaret: non inuidiceret ijs, qui ipsum excellunt. Hæc inuidia valdetur quod demonem, cum videt hominem exaltatum ad dignitatem filij Dei, & adius beatitudinis acquirendæ, quam ipse amisit. i Quem (ut Sapiens ait) remunur inuidi, qui sunt ex parte illius. qualis fuit k Cain qui confristatus est & natus valde: quod videret, Deum valde favere fratri suo Abel. Ex quo facilius appetet, quamvis hoc vitium omnes mortales aggrediatur: multo tamen magis honoris & gloriae amatores, & pusillanimos: qui quodcumque bonū magni aestimant, cum vident se ab alijs superari: ex quo valde affliguntur.

**N E V E R** ò decipiatis in iudicio de hac tristitia ferendo, aduertit S. Thomas: quatuor esse genera tristitiarum de alieno bono. **Prima**, quatenus eis causa **damnum** aliquod proprium, aut aliorum times: quod aliquando esse potest sine peccato. Nam (vt ait S. Gregorius) absque detimento charitatis potest fieri, vt ex inimici tui lapsu læteris: eiusque prosperitas, absque inuidia culpa te contristet: quando ex tali lapsu alij boni & afflicti recipiant; & ex eius prosperitate, alij opprimuntur iniuste. Sed & hæc tristitia potest aliquam culpam habere: si doleas, videre illum exaltatum, ed quod possit tibi in aliquo nocere, licet non iniuste: semper tamen est *suspeta*, ob incitatem, quam habet cum odio. quia facile odio habebis ipsum inimicum, prætextu damni tui, quod horres. **Alta** tristitia oritur ex alieno bono, non quod alter illud habeat; sed, quod tu illo *careas*. Quæ tristitia, si est propter defectum bonorum spiritualium, quæ alii habent, laudanda est: & appellatur Zelus, sive æmulatio, qua quis optat, par esse bonis, vt ipse sit bonus. Quemadmodum Apostolus ait: *lætationis spiritualia: in bonum æmulamini in bono semper*. hanc æmulationem appellare solemus *santam inuidiam*, de qua dixit S. Hieronymus ad Lætam: habeat filia tua socias alias, vt simul cum illis discat, eisque inuideat: quarum laudes illam pungant, vt imitetur bonum, quod in eis videbit. Sed si hæc tristitia esset ob defectum bonorum temporalium, quæ alii habent; tantum censeretur vitiosa, quando defectus esset superflorum; non tamen censeretur talis, si deficiens necessaria, aut statim tuo conuenientia: quamvis maioris esset perfectionis hunc ipsum defectum læto animo ferre. **Tertia** tristitia est de bonis, quæ alii habent: quibus tamen sunt *indigni*. Si igitur tristitia est propterea quod illi in Dei iniuriam illis abutantur: tristitia est *Sancta*, & ex charitate dicit originem: si tamen solum propterea inuides, quod videantur tibi bona illa tempora in huiusmodi improbis hominibus male collocari, inuidia est *superflua*: si quidem prouidentia Dei omnia gubernantur.

Inuidia Da-  
monis.

Sap. 2.25.  
k Gen. 4.5.

S. Tho. supra  
a. 1. ad. 3.  
Tristitia  
duplex.  
Li. 22. Mor.  
c. 11.  
I.  
De damno  
proprio.

2.  
De bono quo  
cares.

1. Cor. 14.1  
m Gal. 4.18.  
Epi. ad La-  
tam, de Inf.  
sita.

3.  
De bonis in-  
dignorum.

4.  
De bono  
quod nos  
obscurat.  
Ls.5. Mor. e  
31. S. Th. su  
ora. a. 4.  
Filia Inui-  
dia.  
2. 2. q. 34.  
a. 6.  
2. 2. q. 14. a. 2  
Peccatum  
in S. Spir-  
tum.

a. Iob. 5. 2.  
Inuidia  
mortisera.  
Serm. 83. de  
temp.

Hom. sup. 1.  
Cor. 11. 25.  
G. 2. Co. 12.  
20.  
Ls. 5. Mor. e  
31. S. 3. p.  
Pastoral. ad  
mon. II.

Omnia bo-  
na corrum-  
pit.

b Pro. 14. 30.

tis illa voluit eis dare: siue, ut se emendent, siue, ut in hac vita remuneret aliqua bona, quæ faciunt aut ob alios fines, quos non asequimur. Denique et alia tristitia de bono alieno, quæ proprium nostrum immittit & obscurat: & hanc vocamus *inuidiam* unum ex septem capitalibus vitiis, iuxta sententiam S. Gregorij. Est enim initium multorum aliorum peccatorum, cum præcipue, quæ ipsius filiae vocantur. Murruratio scilicet de proximo, ut bonam ipsius opinionem imminuat; latitia de eius aduersitatibus; afflictio animi, ex eo quod non possit illius prosperitates impedire; odium cum quodam ira & rabie, qua velit illum vita priuare: ira & interdum eodem peruenit, ut spirituale proximi bonum oderit; & *gratia augmentum*, quod habet: & tunc est unum ex peccatis, quæ dicuntur in Spiritum S. est enim perinde, atque si inuidieret gloria, quæ ex huiusmodi bono Spiritui S. tribuitur, à quo illud procedit.

§. I. Inuidie grauitas & malitia considerantur.

**E**X haec tenus dictis, huius vici grauitas innotescit. de quo meritò dicitur, quod a *occidat parvulum*, cuius autem tentator appellatur mors: eodem quod horrendas mortes inferat, unam *spiritualem*, quae priuat gratia & charitate, quæ vita est animæ; alteram *corporalem* ac *temporalem*, quatenus cor cruciat, exsiccat ossa, & facit putrefactare. Ac propterea ait S. Augustinus: inuidiam esse *viperæ simile*, quæ matris ea concipientis viscera rupit: qua extincta, ipsa exterius prodit. & S. Chrysostomus eam appellat *vermendem* peccatum, & *serpentem* in corde implicatum, & expressam quandam *stata* imaginem. Nam, ut S. Gregorius ait: quamvis per omne vitium, quod perpetratur, humano cordi antiqui hostis virus infunditur: in hac tamen nequitia, tota sua viscera serpens concurrit, & imprimendæ malitiae pellem mouet. nam cùm deuictum cor liuoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicant, quā grauiter animum vesania instigat. color enim pallore afficitur, oculi deprimitur, membra acciduntur, & membra frigescunt, sit in cogitatione rabies, in detibus stridor, cumq; in latebris cordis crescentis absconditur odiū, dolore cœco tenebrat conscientiā vulnus inclusum. Nihil latum de propriis libet, quare tabescentem mentem sua pœna sauciat, quā felicitas torquet aliena: quantoq; extranei operis in altū fabrica dueitur, tanto fiducientum mentis liuidæ profundius suffuditur. ut quod alii ad meliora properant, eodem ipsis deterius ruat: qua ruina videlicet etiam illud destruitur, quod in aliis actib. perfecto opere surrexisse putabatur. Nā inuidia cū mente tabescerit, cūcta quæ inuenit benè gesta, consumit. vnde benè per Salomonem: *b. vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia*. quia per liuoris vitium, ante Dei oculos pereunt præcipue virtutes, ossa quippe per inuidiam putrefactare; est, etiam quædam robusta deperiere. hoc S. Gregorius.

ex di-

Ex dictis apparet, inuidiam omnibus esse perniciotam, non solum inuidi copi, sed etiam cui ipse inuidet. Nam inuidi, ait S. Chrysostomus, tanquam furiosi solent scipios proprio gladio configere: & sunt ferociis ipsis crudeliores; demonibus aequales, & forte peiores. Feroci enim non inuidant nos, nisi fame compulsa, aut a nobis irritata: at inuidi proprios amicos tanquam hostes persequuntur. Demones, quamvis iudeant hominibus, quos persequuntur: inter se tamen non dissentunt, ( quemadmodum Saluator noster Iudeis insinuauit, cum dixit: *c/s satanas in se ipsum diuisus est, q/s ommodo stabit regnum meum*) at inuidi, eisdem naturae homines persequuntur. Et quemadmodum Ihesus habet venenum in visu, quo interimit, quem aspicit: ita ait S. Bernardus, *oculus inuidi aspiciens bonum alienum, scipsum inficit veneno: & quod in se est bonum etiam, quod aspicit, inficit: quia illud odit: ex quo fit, vidoculus inuidi*, vt ait Sapiens, *sit nequam, & suspiciosus, calumnias semper malis querens, quibus ipsem exerceatur, e Ita ut per diem & in clara lumen currat tenebras: & quasi in nocte, sic palpet in meridie.* quemadmodum enim Sol nimia sua luce oculos exerceat: ita bonorum prosperitas solet iuidos exerceat: qui (vt ait Sanctus Gregorius) cum vident opera bona iudorum, querunt quaecunque possunt mala, vt eorum obscurant gloriam: sed illi potius obscurantur & contabescunt, non inuenientes quod quererant: etiam si singant, quod vellent. Quemadmodum illi f. Sodomite, cum vellent Loth opprimere, & vi domum eius intrare, fuerunt ab Angelis vacante percussi, ad significandum, quod inuidi eti si occasiones querant iulos accusandi, quemadmodum Pharisaei quererant, vt accusarent Saluatorem non inueniunt. & in pœnam inuidia sua obscurantur, & ratio & fama ipsorum.

Dictis addendum est hoc vitium (vt ait S. Chrysostomus) difficillimam omnium habere curationem; Et qui hac peste sunt infecti, (ait Caffianus) esse serencurabilis, eisq; competere, quod dixit Deus per Ieremiā: *g ecce ego mitiun vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio: & mordebunt vos.* qui sunt de Basilisci sine reguli, nihil effectus inuidiae: quos Deus mittit in pœnam aliorum peccatorum: vt mordant, torqueant, & yrant iuidos: contra quos basilicos nihil valet vis & industria incantatorum: ed quod fortissime resistant sua curationi. tum quod pudeat, inuidiam suam patet facere, ed quod sit vitium hominum abiectianimi: quare occultantibus vulnus non potest medicus adhibere remedium: tum quod ipsi met adhibitis remedijis ipsius virus augetur. Attarus enim placatur donis; iratus, si dedat se, & ipsi le subiicitur, in quem ira mouetur; superbus etiam conquiescit, cum quis se ipsi humiliat: at iuidus ipsomet bono sibi oblato suam fouet inuidiam: quia dolet, cum alterum videt humilem, ingenuè liberalem, & bonum.

2.  
Homil. 36.  
in Ioan.

Inuidia cru  
deltias.

c. Luc. 11. 12.

Ser. 12. in ps.

90. Cas.

infr.

d. Eccl. 14. 8.

e. Job. 5. 14.

Liber. 6. Mor.  
c. 15.

f. Gen. 19. 11.

Inuidia ob-  
scurantur  
in se aliena.

3.  
Suprad.  
Col. 18. c. 17.  
g. Iere. 8. 17.

Inuidia  
incurabilis.

quem-

quemadmodum vidimus in filiis Jacob, & in Simeone, quos nunquam potuit humiliatio & subiectio Ioseph ac David placare: potius magis quotidie crescebat. Sicut nec Pharisæi liuorem suum deponere potuerunt: quamvis innumeris beneficijs à Christo D. N. afficerentur. Et hæc est causa, cur post equum pallidum, infernus sequeretur: quasi cum statim deuoratur in suo peccato obduratum.

§. II. Pugna contra Inuidiam, eamq; expugnandi modus.

**S**ed quoniam nullum vitium in hac vita est omnino incurabile, eo quod facillimum sit Deo, quod hominibus videtur impossibile: oportet in pugnā prodire cum feroci hoc equo, fidendo diuinæ potentiaz, quod ei possit eneruare, mortificans duplē ambitionē, quæ vtriusq; inuidiaz sunt nerae.

E t cùm mundana inuidia paruulos tantum occidat, qui vita huius bona magna reputant, & honorem illa consequentem induas cor magnanimum, quo temporalia omnia exigua esse existimes, sicut verè sunt nihil comparatione æternorum. Si vir *generosus* non inuidet honoris alicuius satoris, propterea quod calceos bene aptauerit; neque sartoris, quod vestes apte scident, quia hæc ita abiecta, suaque nobilitate indigna iudicat; etiam si ad vitam descendam sint necessaria: multò igitur magis Christianus, qui filius est Dei, æternique eius regni hæres, non debet alteri inuidere, propterea quod cum videat in honore esse ob temporalium bonorum possessionem: quæ verbiæ sunt & vilia, si cum bonis, quæ habet in anima, & sperat se habituorum in vita æterna conferantur. Procul valde à liuore erat is, a qui omnia terra arbitrabatur ut sacerdos; & quæ sibi fuerant lucra, arbitrabatur propter Christum, & eminentem eius scientiam, detrimenta.

ASPICE attentè nomen tentatoris huius inuidiaz: & inuenies, quod dispertit tentator, si benè attendas, eam remoueat. si enim ille appellatur *mors*: ipsa morte finitur inuidia: nunquam enim quis inuidet mortuis. Ne itaque ad eo attentè consideres præsentem excellentiam eius, qui te præcedit; qui finem, quem citè est habiturus, cum b<sup>r</sup> morte scilicet, quæ non tarda: & sic cessabit inuidia, propterea enim dixit David: cne timueris, aut tristes, cum dines factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius: Quoniam, cum interierit, non sumet omnia, neque descendat cum eo gloria eius. quando ille vixerit benedicetur, & prosperabitur sed mox atq; obierit, ibit cum patribus suis in abyssum: nec amplius unquam videbit lumen, aut diem habebit prosperum. Quis Alexandri Magni prosperitati inuidebit: si cum consideret in inferno ardere? ne inuidias humanae prosperitati, quæ forte cauferit aduersitatis, & infelicitatis æternæ.

Qvod

1.  
Magno ani-  
mo sperne o-  
mnia ater-  
na.

a Phil. 3. 8.

2.  
Quid inui-  
des mori-  
suro?

b Ecc. 14. 12  
c Ps. 8. 17.

*Quod si strenuus sis miles, sicut Dauid non alijs armis indigebis, vt  
Gigantis illius Goliath amputes caput, quam proprio ipsius gladio. ita enim  
Deus permittit, vt mundanae superbiae Gigas secum gestet gladiū inuidiar,  
quo caput illi amputes: & ipse tamen habetur ac destruatur subtractus  
Giganti, illum fouenti. Age, dic mihi humana superbia, si honores quæris,  
inuidia præbes aditum: est ne aliquid magis ignominiosum, quam in-  
sidere proximo? sic enim protestaris, cum esse magis honoratum; te verò  
habetissimum habere cor: si erubesceres, quod aliis te ambitiosum, aut li-  
quidum appellaret, ob iacturam honoris, quam caratione incurreres: cur  
illud admittis, quod honorē aufert, quem quæris? si studies illud oc-  
cultare, ne opprobrium tibi adferat: melius est abijcere; & illud conculca-  
no honorem consequi.*

Quod si generosè de vtraque inuidia triumphum agere velis : in duear  
ma humilitatis, & charitatis Christianæ : & sic facile ad terram illas dei-  
cias. *Humilis enim, quoniam sui contemptum amat, gaudet, quod alios vi-*  
*deat exaltari : etiam si ex eo ipse magis humilietur, dicet enim de proximo*  
*ilio, quod S. Ioannes Baptista dixit de Christo e illum oportet crescere, me an-*  
*tem minui, benè enim mihi est, quod ille exaltetur, & ego humilier. Et qui*  
*perfectam habet Charitatem, quoniam D e u m valde amat : etiam quod cun-*  
*que bonum, quod videt in suis creaturis, amat, gaudens de diuina bonitate,*  
*qui in illarum bonis prælucet. Et quoniā proprium bonum amat ita etiam*  
*proximorū, nam amore, illorum bonum faciet suum. Qui cupit inuidia ca-*  
*cute (air Sanctus Gregorius) illam amet hæreditatem ; quæ non minuitur*  
*multitudine hæredum : quia in omnibus est *eadem*, & in singulistota, & eō*  
*magis eius magnitudo apparet : quod recipientium multitudo magis dilata-  
tur, *minuzio ergo liuoris est affectus surgens internæ dulcedinis, & plena*  
*mors eius est perfectus amor æternitatis. Nam qui interiorem Spiritus sua-*  
*mitatem delibat, tristitiam de alieno bono à se repellit : & quæ de illo gaudens,*  
*anquæ si esset proprium : & qui perfectè amat æterna bona : non inuidet alijs*  
*sec temporalia bona : quia illa contemnit, nec spiritualia, quia ipsum non ce-*  
*tardant, sed potius eius adiuuant conatus.**

SED, ne animum ab ijs ob importunas huius vitij tentationes, attemp-  
tare sius affectus nos pulsare; sed nisi haereant, non nocere: ut pote qui  
nolentem inuadant, quare meritum potius habes ex resistentia. Quod S.  
Bernardus ita declarauit: rara (inquit) virtus est alienæ non inuidere vit-  
tut. Sed quamvis aliquid tale sentias, non tamen in tuo profectu deficias.  
Quod si dicas, quomodo ego proficere possum, qui fratri proficiunt inu-  
ideo? si doles, quod inuides: sentis, sed non consentis. Passio est aliquando  
fananda, non actio condemnanda. Tantum non illic resideas, iniquitatem

3.  
d 1. Rs. 17.51

*Inuidus ho  
nore excidit  
quem que-  
rit.*

4.  
Humilitas  
et charitas  
venena In-  
uidie.  
c Iosan 3.030.

Tib. s. Mor.

Co 31.  
66  
66  
66

*Aeternitatis  
consideratio  
pellit Inui-  
dians.*

5.  
Inuidie ab  
fit consen-  
sus.  
Serm. 29.  
Cant.  
ee  
ee  
ee

Tom 3

D.d

medi-

meditans in cubili tuo: qualiter icilicet hunc tuum foucas morbum, iatisficas pesti, persequaris insontem, benè ab illo gesta calumniando, deprimendo, peruerendo, atque impediendo gerenda. Alioquin non nocet ambulanti & extendenti se ad meliora: quia magis confunditur, sic se esse mal affectū & si studeas inolitum à te virtum expellere, confitendo, flando & c rando, vt Deus illud remoueat. quod si adhuc hæreat mitior inde ad omnes atque apud alios humilior inuenitur, hæc S. Bernardus. quibus media complectitur generalia, ad hoc vitium expugnandum, cùm nos aperte inuidit.

6.

*Lib. despir.  
perf. c. 99.  
Occultan.  
uidia.*

*Ls. 22. Mor.  
c. 16. in illud  
Iob. si ani-  
mā agricola-  
larū afflxi  
flac. 3. 14.*

*g Nu. n. 29.*

*7.  
Senes cum  
suntoribus  
laudent  
Deum.  
h Luc. 13. 28*

*i Mat. 20. 1.*

*Nota.  
Hē. 30. in 1o*

Sed interduin solet occulere nos oppugnare, sub titulo religionis & peccatis. quia enim ipsa valde est deformis: vultum operit, ne agnoscatur. Aliquiusti (ait S. Diodocus) sub praetextu amoris Dei incident in zelumuidum, optantes nullum esse, qui ita serio atque ipsi Deo seruant: ideoque dolent, si quis illos præcedat. Quod oritur ex defectu humilitatis, & charitatis. quare exercitio utriusq; huius virtutis ab hac adeo stulta imperfectione repurgatae, zelum suū corrigerem oportet. Aliqui etiam Prælati (ait S. Gregorius) praetextu officiū suum exacte præstandi, liuore quodā prohibentia os cōcionari, ac docere; ac de ijs etiam male loquuntur, qui hæc officia bene præstant. Contra quos S. Iacobus Apostolus dixit: *f quod si zelum amatum habet, & conventiones sunt in cordibus vestris; non est hec sapientia de sursum descendens: sed terrena, animalis, Diabolica.* Qui enim non propriā gloriam, sed Domini sui querit, cupit iuuari in eo, quod facit, vt ab omnibus Deus magis glorificetur. Eum in modum, quo Moyses liuido suo famulo, qui volebat prohiberi prophetantes. *g quid, inquit, emularis pro me? quis tribuas ut omnes populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum.*

ALII nomine antiquitatis in virtute & Religione male sentiunt de tyrannibus in ea, qui suo feruore ipsos præcedunt, & maiores à Deo fauores experiuntur: & hac inuidia acti male de illis loquuntur, imd in ipsum Deum conuertuntur, eò quod non ipsis similes, aut etiam maiores exhibeat: sicut h frater natu maior filii prodigi, inuidit fratri suo fauores à patre exhibitos: & propterea etiam contra patrem murmurauit. sicut etiam qui laborarunt in vinea tota die, inuidebat quod eadem merces daretur ijs, qui vnicula horaborauerant: & ita murmurabat contra patrem familias: qui tamen in ene eorum dixit: *num oculus tuus nequaquam est, quia ego bonus sum?* quasi dixerit: si ego mea probitatem manifestare volo erga inmeritum: oculus tuus, qui hoc videt, erit basiliſci, qui virus suum iaculatur per inuidiam? Sed quis non obstupescat, attendens occasionem, quam oculi accipiunt, vt nequam sint? cùm vere nulla alia sit causa, quam quod Deus sit bonus. Reliqua vita (ait S. Chrysostomus) aliquam excusationis speciem habet: quia fundantur aut in carnis propensione ad delicias: aut in necessitate sustentationis; aut in accentu in-

1111a

Bonitas Dei  
obiec̄tum  
Inuidia.

*k Ma. 20. 14*

*Luc. 15. 31*

Quid inuides qui in Deo omnia habes.

*m. Co. 12. 21*

Nullum membrum inuidet alterius.

iuria; aut in honore, quem desiderat: at liuidus nullam habet excusationem: quia nullo accepto ab alio detimento, oppugnat probum; & cum ipsum, à quo beneficium accipit: eo solo nomine, quod bonus sit, & quod Deus bonus se erga illum præbeat. Accipe igitur in manu tua arcum supremi tui magistri: & quando te inuidia aggredietur, iacias in illam has sagittas, ut illam disturbes. Erubescēbas ille, quod oculus tuus sit nequam propterea solum, quod Deus sit bonus. Ne sis instar aranei, qui omnia in venenum conuertit: sed instar apis, quæ omnia vertit in dulcedinem. Noli suam imitari, qui ex bono malum haurit: sed ipsummet Deum qui ex malo nouit elicere bonū. *k tolle, inquit, quod tuum est, & vade. esto contentus & quietus eo bono, quod Deus tibi dedit; gratiasque age: nec te per inuidiam indignum facias, cui Deus illa conseruet. Qui enim de alienis bonis tristatur, dignus est, qui propria amittat.* O si profundius penetrares, ut cognosceres quod tuum est; & videres, te non habere aliquid, cur inuidas alienis bonis. Attende quid pater misericordiarum dixerit majori natu filio inuidenti: *I omnia mea tua sunt: cur igitur inuides fratri tuo; si Deus est Pater tuus, & omnia ipsius, tua sunt: quid tibi decet, quod inuidere possis?* propterea in celo nulla est inuidia inter iustos: et iunisci aliqui plus habent, quam alij, quia omnes secum habent Deum; & in eo omnia, quæ sua desideria satiare possunt. cuius gaudij partem reputant diuinæ sapientiae consilia, & æternam eius dispositiōnem in beneficiendo omnibus; leque cum illis diuersis admodum conjugendo. Studeas igitur ex nunc imitari Sanctos, quibus desideras æternum coniungi. Quod si haec imitatio & similitudo ob suam sublimitatem te obombrat: ingredere te ipsum, & aliam inuenies valde proportionatam. Nāquid in pes inuidet manus, aut manus oculū? non est talis inuidia inter ciuidem corporis membra: quia omnia eandem animam habent: adeoque ipsi est coniunctus pes, sicut oculus, & manus. Quod si oculus est necessarius ad bonum corporis: etiam pes & manus ad idem pertinent. cùm igitur Deus te fecerit membrum mystici corporis Ecclesiæ suæ: esto quietus & contentus gradu, quem tibi in ea dedit, nihil inuidens alteri altiore locum. Nam die resurrectionis, & pes & manus suam gloriam habebunt; & magni & parvulaturi erunt, contenti & honorati, yidentes Deum, eiusque gloria in æternum fruentes.